UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1674

XXXII. Ad eandem. Finitis in Esaiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

Visual Library

maior eſt, Mileſias fabellas revolventium, q
Platonis libros. In altero enim ludus & oble
tio eſt, in altero difficultas & ſudor mixtus lab
Denique Timæum de mundi harmonia, aſt
rumque curſu & numeris diſputantem, ipſe
interpretatus eſt Tullius, ſe non intelligere co
tetur. Teſtamentum autem Grunnij, Coroc
tæ, Porcelli decantant in ſcholis puerorum ag
Lavinius. na cachinnantium. Igitur & noſter Luſcius L
vinius fruatur teſtibus, imò fautoribus ſuis, v
catque multitudine, quia forſitan vincit ingeni
Mihi ſufficit paucorum teſtimonium, & an
corum laude contentus ſum, qui in expetend
opuſculis meis amore noſtri labuntur, & ſtud
ſcripturarum. Ac nonnullos fore arbitror, q
hoc ipſum, quòd ad te Euſtochium, ſerm
nem facio; obtrectationi parere contendant
4. Reg. 22 non conſiderantes Holdam, & Annam, ac Delb
1. Reg. 2. ram viris tacentibus prophetâſſe, & in ſervit
Iudic. 4. te Chriſti nequaquam differentiam ſexuum v
Coloſſ. 3. lere, ſed mentium.

*XXXII. Hieronymus Euſtochio virgini. Cui
dicat ſuos in Ezechielem commentarios, ſi-
mulq; triſtem amicorum Romæ ſta-
tum deplorat.*

FInitis in Iſaiam decem & octo explanationu
voluminibus, ad *Ezechiel*, quod tibi & ſanct
memoriæ matri tuæ Paulæ, ô Virgo Chriſti Eu
ſtochium ſæpè pollicitus ſum, tranſire cupiebam
& extremam (ut dicitur) manum operi imponer
prophetali. Et ecce ſubitò mors mihi Pamm

chi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

chij atque Marcellæ, Romanæ urbis obſidio, multorumque fratrum & ſororum dormitio nuntiata eſt. Atque ita conſternatus obſtupui, ut nihil aliud diebus ac noctibus, niſi de ſalute omnium cogitarem: meque in captivitate ſanctorum putarem eſſe captivum: nec poſſem prius ora reſerare, niſi aliquid certius diſcerem, dum inter ſpem & deſperationem ſollicitus pendeo, aliorumque malis me crucio. Poſtquam verò clariſſimum terrarum omnium lumen extinctum eſt, imo Romani Imperij truncatum caput, & ut verius dicam, in una urbe totus orbis interijt, obmutui & humiliatus ſum, & ſilui de bonis, & dolor meus renovatus eſt: concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exarſit ignis: nec putavi illam ſententiam negligendam: Musica in luctu importuna narratio. Verùm quia tu indeſinenter hoc flagitas, & magno vulneri cicatrix paulatim obducitur, ſcorpiuſque inter Enceladum & Porphyrium Trinacriæ humo premitur, & hydra multorum capitum contra nos aliquando ſibilare ceſſavit, datumque tempus, quo non hæreticorum reſpondere inſidijs, ſed ſcripturarum expoſitioni incumbere debeamus: aggrediar Ezechiel Prophetam, cujus difficultatem Hebræorum probat traditio. Nam niſi quis apud eos ætatem ſacerdotalis miniſterij, id eſt, triceſimum annum impleverit, nec principia Geneſeos, nec Canticum canticorum, nec hujus voluminis exórdium & finem legere permittitur, ut ad perfectam ſcientiam & myſticos intellectus plenum humanæ naturæ tempus accedat. Quod opus ſi per Dñi miſericordiam ad calcem uſq; perduxe-

Roma capta.

Pſal. 39.

Eccli. 22.

Ezechiel.

Hiere-mias. ro, tranſibo ad Hieremiam, qui in lamentati-
bus ſuis ſub typo Hieruſalem quatuor pl-
mundi quadruplici plangit alphabeto.

XXXIII *Hieronymus Euſtochio virgini. Cui m-
alios rurſus in Ezechielem commentarios, exc-
interim occupationes & ſenilem ætatem, qui-
bus in ſcribendo impediatur.*

Terētius. OLim pueri legimus, NIHIL tam facile
quin difficile fiat, quod invitus facias.
teor me explanationes in Ezechiel multo a
tempore promiſiſſe, & occupatione de toto
orbe venientium implere non poſſe, dum n
hora, nullumque momentum eſt, in quo non
trum occurramus turbis, & monaſterij ſolitu-
nem hoſpitum frequentiâ commutemus: int-
tum, ut claudendum ſit nobis oſtium, aut ſcrip-
Rom. 12. rarum, per quas aperiendæ ſunt fores, ſtudia
linquenda. Itaque lucrativis, imò furtivis n
ctium horis, quæ hyeme appropinquante longi
res eſſe cœperunt, hæc ad lucernulam, quali-
cunque ſunt, dictare conamur, & æſtuantis a
mæ tædium interpretatione digerere. Nec
ctamus (ut quidam forſitan ſuſpicantur) fratru
ſuſceptionem, ſed morarum cauſas ſimplicit
confitemur: præſertim cum occidentalium fug
& ſanctorum locorum conſtipatio, nuditate atq
vulneribus indigentium, rabiem præferat barb
rorum: quod abſque lacrymis & gemitu vide
non poſſumus, illam quondam potentiam & i
norantiam divitiarum ad tantam inopiam perv
niſſe, ut tecto, & cibo, & veſtimento indigeat.
tame

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN